Quelle: http://manuscripta.at/?ID=459
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

potentia unus et sapientia et amor: et tria haec ima
go erant potentiae et amoris et sapientiae et amoris.
Quae haec erant, et ibi erant, sed haec in imagine, ibi in
veritate. Tamen utrobique erant, et idem erat, quia hoc hic
erat quod ibi erat. Sed quod hic erat imago erat, quod ibi
erat veritas erat. Foris autem potentia non erat, sed signum
tantum. Neque sapientia, sed signum tantum. Neque amor vel
bonitas, sed signum tantum. Et ipsa signa nec po
tentia erant, nec sapientia, nec amor sicut intus,
sed signa tantum potentiae et sapientiae et amoris. Potentiae enim
signum fuit rerum immensitas, sapientiae pulchri
tudo, bonitatis utilitas. Et non erant ipsa sig
na potentia vel sapientia vel bonitas, sed tantum signa
haec attestantia his quae intus erant prius. Et pro
bata est trinitas vera in operibus suis. Nec poterat
ratio his adicere quicquam quae perfecta erant, neque tollere
aliquid quae constabant discreta. Sunt enim tria haec quae omne
rationale perficiunt, neque sine his perfectum est aliquid.
Sicut ad omnem effectum concurrunt tria haec, quae si quid defu
erit, nichil absolvitur: et si assint pariter, omnia consum
mantur. Haec sunt potentia, sapientia et voluntas, ex quibus si tol
las unum aliquid, perfectionem imminuis. Si cun
cta pariter constituas, nichil deest consummatis. Hic ergo et
ipse rerum conditor opera sua perfecit, et constat ipse per
fectus. Quoniam in ipso perfecta sunt quae nec in parte augeri pos
sunt quae plena sunt, nec in toto consummari quae perfecta
sunt, nec in unitate dividi quia unum sunt.

Quod in his tribus omnia. Capitulum xxviiii.

Et quaecumque de deo dicuntur et condita veritati in
deo ad haec tria veraciter referuntur, et constant in his
tribus in ipso. Quibus ut dictum est si quid tollas perfectum
non est quod relinquitur: si quid adicere conteris, maius non
est quod explicatur. Si enim fortem dicis, et incorruptum
et invincibilem et eternum, et quaecumque sunt similia his, totum hoc potentiae
est. Si providentem, si inspectorem, si scrutantem oc
culta, et intelligentem, hoc totum sapientiae est. Si pium,
si mansuetum, si misericordem, si patientem, hoc to
tum bonitatis est. Et non praeter his adicere veritas quicquam,
quae totum in his continetur quod perfectum est et verum. Solam
tantum haec trinitatem monstraverunt in simulacro perfecto, et
persuaserunt nihil adiciendum tribus, quia hoc perfectum est, et
nihil tollendum, quoniam sic constat consummatum. Et tamen
haec in deo unum erant, et deo unum erant, sed distincta in
venta sunt haec ubi non erant unum. Et propterea trinitatis ima
go facta est, et secuta est consideratio per creaturam inventa haec
usque ad ineffabilem trinitatem. Et distinxit in principium quod prius
non haec erant. Unde et differens invenitur est. Ibi autem in
uno erat totum, et unum totum. xxx.

Recapitulatio supradictorum.

Nunc ergo diximus quoniam ratio humana primum et in se deum reperit, et extra se approbavit. Et quoniam adiudicavit quia
unus deus est et simplex natura, et immensus et eternus, et magnus
et non quantitate, simplex et non parvitate. Et quia
trinus est sine divisione unitatis, et unus sine confusione
trinitatis. Et quoniam trinitas summa inventa est per eam quae e
rat imago illius in nobis. Et quoniam arguit non esse per se
tantum in nobis, et in deo esse tantum per se, quia deus est. Et quoniam tribus
nihil adici potest, quae perfecta sunt, nec demi aliquid, quae
discreta sunt. Et quoniam distincta sunt quae in deo sunt secundum
ea quae discreta sunt in nobis, quoniam imago sunt ad illa